

\* 3. Herzog Otto von Braunschweig schenkt der Kirche St. Spiritus eine Rente von 5 Schillingen, welche auf einem vor dem Brühl belegenen Platze ruht. 1301. Februar 23.

Dei gracia nos Otto dux de Brunswic et Luneborch universis, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus esse notum, quod propter Deum et preces domini Everhardi de Althen militis donavimus ecclesie sancti Spiritus in Honovere proprietatem unius aree, site juxta Honovere ante Brulonem, de qua dantur quinque solidi annuatim, quorum medietas cedet sacerdoti ejusdem ecclesie, reliqua vero medietas pauperibus hospitalis ibidem. In cuius rei testimonium hanc literam nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M<sup>0</sup> CCC<sup>0</sup> primo, iu vigilia beati Mathie <sup>3)</sup>.

Siegel abgefassen.

\* 4. Der Rath zu Hannover bezeugt, daß Brüning und Dieterich genannt Poppe, Brüder des Ritters Johann genannt Escherde, anerkannt haben, an drei Hufen Landes zu Giften (Amts Hildesheim), welche das Kloster Marienrode von den Hannoverschen Bürgern den Brüdern Hermann und Dietrich genannt von Rinteln, erworben hatte, keine Ansprüche zu haben. 1310, December 4.

Nos Hermannus Seldenbut, Hermannus de Rintelen, Borchardus Teze, Thidericus Luceken, Arnoldus de Scherle, Thidericus Tureke, Waremannus Woltman, Henricus de Indagine, Conradus de Nienstad, Helmoldus de Lapidea domo et Arnoldus de Oslevessen, pro tempore consules civitatis Honovere, presentibus publice protestamus, quod Bruningus et Thidericus dicti Poppe, fratres domini Johannis militis dicti Escherte, in presentia nostra constituti, in tribus mansis sitis in campus ville Ghiftene cum area ipsis annexa, quos mansos viri religiosi, dominus abbas videlicet et conventus Novalis sancte Marie, quod vulgo Betzingherode dicitur, a Hermano et Thiderico fratribus dictis de Rintelen, nostris concivibus, suo monasterio compararunt, se et suos

<sup>3)</sup> Nach Moser a. a. D. V, S. 254 f. fehlerhaft abgedruckt in unserem Urkundenbuch, S. 75 f. Nr. 78.